

pra quos magnus es in sion. lam confiteantur nomini tuo magno. & pa-
 rum fuit nomen tuum quando irascebantur: factum est magnum lam
 confiteantur. Quomodo dicimus parum fuisse nomen xpi ante quam
 preclare diffamaretur xpi. quia nomen ipsius fama ipsius dicitur.
 parum nomen erat lam nomen magnum factum est. Quae gens est
 quae non audiuit nomen xpi. lam ergo magno nomini tuo confiteantur
 populi. qui ante paruo nomini tuo irascebantur. Confiteantur nomini
 tuo magno. Quare confiteantur. Quo terribile & sem est. Ipsum
 nomen tuum terribile & sem est. Sic predicatur crucifixus. sic predica-
 tus humiliatus: sic predicatur iudicatus ut ueniat et excelsus. Ueniat
 uiuus in uirtute. ueniat iudicatus. modo parce & populis blasphemantibus:
 quia patientia di ad paenitentiam te adducit. non enim qui modo
 parcat semper habet parcere. aut qui modo predicat ut a meatur non est
 uenturus ut iudicet. uenturus est. Timeamus illum & sic uiuamus ut ad
 dexteram illius inueniamur. uenturus est enim & iudicaturus ut alios
 ponat ad sinistram alios ad dexteram. & non illud facit ipse quomodo
 cumque uter & forte in hominibus. Et qui ad dexteram ponendus est ad
 sinistram ponatur. aut qui ad sinistram debet stare errante do ad dexte-
 ram ponatur. Non potest errare ut ibi ponat malum ubi debet ponere
 bonum. nec ibi ponat bonum ubi debet ponere malum. Si errare non
 potest nos erramus si non timemus. Si autem timuerimus modo. tunc
 quod timeamus non habebimus quo terribile et sem est. Et honor re-
 gis iudicium diligit. Sic ergo timeant eum populi ut corrigant se. non qui
 simultum praesumentes de misericordia ipsius dimittant se & male uiuant.
 Diligit enim misericordiam sed diligit & iudicium. Quae est misericor-
 dia. ut modo predicet tibi ueritatem ut modo clamet ad te ut conuertaris.
 parua misericordia est quia uixisti in malis factis. & adhuc non tetulit
 cum peccator es ut credenti ignosceret peccata sua. parua misericordia
 est. putas quia sic semper erit misericordia ut neminem puniat. Nobis

h uenturus est
 frater mei.